

# **I N D E X**

# **L E C T I O N U M**

## **ACADEMIA ROSTOCHIENSI**

A DIE XX. M. OCTOBRIS AN. MDCCCLXXXI.

## HABENDARUM.

# P R A E M I S S U M   E S T

# **DE TRIMETRO GRAECORUM COMICO**

**SPECIMEN L.**

## LITERIS ARIEBLANIS

**S**enarius Comicorum tot tantasque subit numerorum varietates, ut universo tam libere vaganti severas leges statuere, ac tum singulos quosque versus ad certa genera revocare neque liceat ullo modo, neque necessarium sit. Formam ejus speciemque hanc habeto:




Unde quum rursus ingens versum inter se discrepantium numerus nascatur, nonnullae tamen, quas recipere videtur, figure aut raro aut nusquam omnino a poëtis expressae sunt. Veluti semel tantum ejusmodi invenias trimetrum, cujus primi quinque pedes constant anapaestis, idque loco percommodo Ar. Vesp. 979.

*κατάβα, κατάβα, | κατάβα, κατάβα. | .. καταβήσομαι.*

Nam quum Comici versum in aequales partes non ferme distribuerent, nisi vel joco, vel variandi studio, vel quadam etiam incuria, ut

<i>ἐποποιοποιοί,</i>	<i>ποποποιοποιοί,</i>	<i>ποποιοποιοί,</i>
<i>ἰώ ἰώ,</i>	<i>ἴτω ἴτώ,</i>	<i>ἴτώ ἴτώ,</i>
<i>ἰοὺ ἰού,</i>	<i>ἴοὺ ἰού,</i>	<i>ἰοὺ ἰού,</i>
<i>ἰώ βροτοί,</i>	<i>βροτὸν βροτοί,</i>	<i>πολυτλήμονες,</i>
<i>ἔγω δ' ἰών</i>	<i>προσκέφομαι</i>	<i>τὸν Παρθαγένα</i>

Avv. 227 sq. v. 1170. Pac. 256. Eqq. 154: tum iis quoque senariis, qui nimia pedum similitudine laborarent, videntur abstinuisse. Omnes igitur formae improbatae sunt hujusmodi:



Sed excipio primum eos locos, in quibus vel ludit Aristophanes, ut

<i>ποῦ ποῦ 'στὶ ποῦ</i>	<i>ποῦ ποῦ 'στὶ ποῦ</i>	<i>ποῦ ποῦ 'στὶ ποῦ</i>
<i>μὺ μὺ μὺ μὺ</i>	<i>μὺ μὺ μὺ μὺ</i>	<i>μὺ μὺ μὺ μὺ</i>
<i>χαῖρ' ω̄ Χάρων</i>	<i>χαῖρ' ω̄ Χάρων</i>	<i>χαῖρ' ω̄ Χάρων</i>
<i>Οὐ Σανδίας,</i>	<i>ποῦ Σανδίας;</i>	<i>η̄ Σανδίας;</i>

Avv. 1118. Eqq. 10. Ran. 184. 271, vel lepida utitur enumeratione:

<i>ώς ήδομαι,</i>	<i>καὶ χαῖρομαι,</i>	<i>κενφρατνομαι.</i>
<i>βουλευματίων,</i>	<i>καὶ γνωμιδίων,</i>	
<i>ἀπορῶ, γράφω,</i>	<i>παρατίλλομαι,</i>	<i>λογίζομαι</i>

Pac. 291. Eqq. 100. Acharn. 31. Tum vero si duae dipodiae priores eodem numero decurrunt, plerumque et ultima dipodia generis est longe

diversi, et nimia ista similitudo caesurae vel semiquinariae (*πενθημιμεροῦς*) vel semiseptenariae (*ἐφθημιμεροῦς*) vel tertiae cuiusdam ope non mollitur magis, quam plane tollitur. Ita numerus ab jambis exorsus desinit in trochaeos. Nemo igitur jure reprehenderit hos trimetros:

*τοῦτο δὲ φύλαξαι | πάνυ γάρ ἐστ' ἥδη χολή | αἰδέρα Διὸς δωμάτιον, | ἡ χρόνου πόδα.*

Vide Ran. 4. 100. 285. Ach. 492. Avv. 52. Ran. 202. Thesmoph. 210. 211. 212. 393. 426. 458. Eccles. 75. 79.

Restant versus foedi adspectu, sed haud dubie corrupti:

*Κούκη ήθέλομεν ἡμεῖς δεομένων πολλάκις | οὐκ ἐσ κόρακας; οὐ μὴ πρόσιτον .. εἰεν μάχεις*

Ach. 513. Ran. 607. Eqq. 676. Ac primus quidem, quum ήθέλομεν δ' ἡμεῖς in libro Ravennate prescriptum sit, hunc in modum restitui debet:

*οὐκ ήθέλομεν δ' ἡμεῖς δεομένων πολλάκις.*

reliqui autem legendi sunt ita:

*οὐκ ἐσ κόρακας; μὴ πρόσιτον. .. εἰεν, καὶ μάχεις;*

*ἔγω δ' ἐπριάμην τὰ κορίανν' ὑπεκδραμάσθαι.*

Jam interpellari posse trimetrum ostendam. Ach. 380.

*Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον | (ὑπάκουον, εἶπερ πώποτ' ἀνθρώπων τινί·*

*Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλίδης, ἔγω.)*

*.. ἀλλ' οὐ σχολῆ.*

Et huic quidem senario simillimus est Nub. 81. *Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον.*

*.. τί ὁ πάτερ. Nub. 222.*

*αὐτός .. τις αὐτός; .. Σωκράτης .. ὁ Σώκρατες*

*(ἴδιος οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.*

*.. αὐτός μὲν οὖν σὺ καλεσον· οὐ γάρ μοι σχολή.)*

*.. ὁ Σώκρατες,*

*ὁ Σωκρατίδιον κτέ.*

Ubi extrema versus tertii pars cum vi repetitur, neque illa syllaba redundant. Denique hoc referendum esse l. Ran. 665.

*Πόσειδον .. ἥλυγησέν τις .. (ὅς Αἴγαλον πρῶνας ἡ γλαυκᾶς*

*μέδεις) .. ἀλλὸς ἐν πένθεσιν.*

Hermannus me docuit. Ceterum vix eodem conferam Thesmoph. 913.

*ὁ χρόνιος ἐλθὼν σῆς δάμαρτος ἐς χέρας*

*λαβέ με, λαβέ με πόσι·*

*περιβαλλε δὲ χέρας.*

*φέρε σε κυσώ. ἄπαγε μ', ἄπαγ', ἄπαγ', ἄπαγέ με.*

Nam si vocem δή pro δὲ substitueris, justum trimetrum recuperaveris.

Elisio autem in fine trimetri tum demum defendi potest, ubi duo versus

arcto communis sententiae vinculo cohaerent, Avv. 1714. *Θυμιαμάτων δ'*

*αὐραι. Eccles. 551 ἐμοὶ δ' | ὥρα βαδίζειν.*

ωνθρωφ'. De tragicis dictum est ab Hermanno in Elementis p. 36 p. 119 et ad Ajacem v. 965. Hiatus in extrema senarii syllaba utut legitimus alioquin ac frequens, tamen si versus magis solito connexi sunt, in vitio ponitur. Ita Ran. 68 absurde scripseris τὸ μὴ οὐ | ἔλθειν pro τὸ μὴ οὐκ | ἔλθειν. Sed insigni arte et judicio praeclaro illud posuit Comicus Thesmoph. 386.

προπηλακιζομένας δρῶσ' ὑμᾶς ὑπὸ —  
Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας.  
Suspendit enim exspectationē moxque frustratur commotam, similiter atque Avv. 95 οἱ δώδεκα θεοὶ —.

Ceterum conjuncto binorum versuum numero ultimum pedem in tribrachum recte dissolvi appareat. Ran. 1201.  
καὶ κωδάριον, καὶ ληκύθιον, καὶ θυλάκιον  
ἐν τοῖς ιαμβεῖσι.

Cujus versus rationes primus enucleavit G. Dindorfius. Thesmoph. 26.

δρᾶς τὸ θύριον τοῦτο; .. νὴ τὸν Ἡρακλέα  
οἶμαι γε.  
Eubulus ap. Athen. II, 63, e.

ἀκροκάλιόν τε γεννικόν, ὀπτὰ δελφάκια  
ἀλίπαστα τρία.

Minus enim placet δελφάκι'. Eurip. Iphig. A. 1334.  
ἰῶ, ιώ. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα  
τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

Ultimae dipodiae pars prior etsi plerumque vel jambo vel spondeo vel etiam anapaesto continetur, haud ita raro tamen in eorum locum tribrachus dactylusve subrogantur. Tum vero senarius in vocem unam vel plures (modo arctius cohaereant) quatuor syllabarum desinere solet, sicuti Avv. 1217 δίαπετει ib. 1212 et Thesmoph. 610 τί το κακον. (sic etiam Pac. 522, ictu autem diverso, ut in principio, Aristoph. Fr. p. 208 ed. D.) Eqq. 156 ὁ Παρθαγων. In Thesmoph. 1184 legendum esse puto:

Κάτησο, κάτησο, ναικὶ, ναικὶ, τυγάτριον  
numero eodem, quem habet v. 1210  
ώ γράδι' ως παρίεντό σοι τὸ τυγάτριον.

Aliquoties tamen id de industria a Comicis neglectum esse, sive quod jocarentur, sive ut syllabam praecipuam magis insinuarent atque aures ferirent acutius, egregie vidit Seidlerus V. Dochm. p. 380 — 400. Contra non debbat Elmslejus in Ach. 795 novas res moliri

Θάρρει Μεγαρίκ'. ἀλλ' ἡς τὰ χοιρίδι' ἀπέδουν  
qui senarius nulla parte deterior est, quam versus 777  
πόσου πριωματί σοι τὰ χοιρίδια, λέγε.

Impetus numeri pedumque celeritas ut in omnibus fere metris, sic etiam in senario decrescere potius debet, quam accrescere. Quare trisyllabi pedes in ultimo versu non temere coacervantur. Minus eleganter, ut puto, Ach.

242 οἵσεις βλέποντα θυμβροφάγον· ὡς μακάριος. Veruntamen interdum pulchre in primis apteque auxit Aristophanes et syllabarum multitudinem (sic etiam Aeschylus Pers. 683 στένει, κένοπται καὶ χαράσσεται πέδον) et celeritatem pedum:

ἴστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκυκα την Ἐλλάδα  
ηκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξπάτα

Ach. 505. Eqq. 48. 66. 137. Avv. 1567. Pac. 522. 523. 527. 528. 529. Sed quaerendum est etiam de trimetris tragicis apud Comicos. Hos legibus plane iisdem, quibus tragicorum senarii parent, adstrictos teneri vix est, quod moneam. Quare Thesmoph. 889.

τί δε δὴ σὺ θάσσεις τάσσει τυμβηρεῖς ἔδρας;  
ut senarius tragicus evadat, reponendum est non quidem τί δαι σὺ cum *Dindorfo* (nam δαι a tragicorum consuetudine abhorret), sed potius τί δὴ σὺ —. Cujusmodi versus et numero tragico et sonitu ipso verborum, nisi quis forte admodum hebes sit, facile agnoscuntur. Quis enim dubitabit tragicum senarium dicere aut hunc Ach. 548 ποὶ χρῆ βοηθεῖν, ποὶ πυδοιμὸν ἐμβαλεῖν; aut illum Thesmoph. 908 Ἐλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. praesertim si comparaverit cum priore versu Eur. Bacch. 184 ποὶ δει χορευεῖν, ποὶ καθιστάναι πόδα; cum posteriore autem Eur. Troad. 63 μάλιστ'· ατὰρ δὴ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. Quin etiam integros tragicorum, Euripidis maxime, senarios saepenumero ad verbum retentos esse satis constat. Unum exemplum afferam, quod secundum scholiastam ex Oeneo Euripidis descriptum est Ran. 72.

οἱ μὲν γαρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' οὐτες κακοί.

idcirco, quoniam fugit interpretes gravissimus I. Ciceron. ad Atticum I, 20. Illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatum post *Catuli mortem* nec praesidio ullo, nec comitatu tenere. Nam, ut ait Rhinton, ut opinor, Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσι, τοις δ' οὐδέν μέλει. Ubi necessario legendum: Οἱ μὲν γαρ οὐκέτ' εἰσί cet. Aliquoties unius versus pars altera soccum refert, altera decet cothurnum, Ach. 421.

ευδαιμονοῖς· Τηλέφω δ' ἄγω φρονῶ.

Euripides enim in Telepho sine controversia ita dixerat: εν δοὶ γένοιτο, Τηλέφω δ' ἄγω φρονῶ. ut idem Euripides Alcest. 837. εν δοὶ γένοιτο. Adde Ach. 455.

φθείρου λαβὼν τοδ'. Ισδι δ' οχληρὸς ων δόμοις.

Ceterum multi trimetri, quos loqui singitur Euripides, vel Agatho vel Aeschylus, plane sunt Comici existimandi, ut Ran. 861 — 865, etsi ne tum quidem pedes trisyllabi frequentius inseruntur. Quum in omni metrorum genere, tum vero etiam in senariis pernecessarium est, ut ictus metrī vim, qui plurimum valet, satis habeas perspectam. Hujus rei uno alteroce specimine nunc quidem defungi licet. In Δραμάτων fragmento ap. Schol. Eqq. 137. Brunckius Dindorfiusque trimetrum excogitarunt hunc:

Ωμην δ' ἔγωγε τὸν Κυκλοβόρον κατιέναι.

non modo caetera turpem, verum etiam prava percussione deformem, ut patebit conferenti:

ἀρπαξ, κεκρακτης, Κύκλοβορον φωνην ἔχων  
κάκυκλοβορει κάπλυνεν, ὡστ' ὀλιγου παν.

Nempe una tantum litera niutata opus est:

Οιμην δ' ἐγώ τὸν Κύκλοβόρον καθιέναι.

Evolve Eqq. 452. Aesch. Pers. 470 et Lobeckii locos ad Ajac. p. 258. In Gerytadae fragmento idem. *Dindorfius Dawesium* sequutus edidit:

ὁ τῆς διαρροίας ποταμὸς οἰχήσεται.

Sed vere correctum esse a Casaubono, Brunckio, aliis  
ο τῆς διαρροίας ποταμὸς ἔξοιχήσεται  
planuin faciunt versus hujusmodi:

Σπερχειε πόταμε, βουνομοι τ' ἐπιστροφαι  
ὅτι εἰσεδημη πόταμον, ἐριοπωλικως.

Deinde ab initio, accidente ad percussionem metricam totius accentu sententiae, recte habet πότερα, uti

πότερα πεπρασθαι χρηδετ' ή πεινην κακως;  
πότερα νομιζεις καινον ἀει τον Δια.

quod contra in media enuntiatione unice probatur πότερα \*

\*) Quam late pateat hoc genus, ut verborum syllabae solitae, quae medio in versu ictum primae impositum habent υ υ, ab initio ictum in secundam transferre possint υ υ, idoneis exemplis ostendam. Sic igitur

Ach. 1018 ἀπό φερ' ἀπό φερε τὰ ιρέα καὶ μή μοι δίδου

Pac. 287 ἀπό φερε τὰ διενύ λαβών ταυτὶ πάλιν.

Pac. 1187 ἀπό φερ' ἀπό φερ' ἐξ κόρωνας ἀπὸ τῆς οἰκίας

Contra Pac. 1205 θλίβει τὸν δρόνον. ἀπόφερ', οὐκ ὠνηδομαι.

Sic Eqq. 44 ἐπρέπει δούλον βυρσοδέψην Παφλαγόνα

(repugnat Eqq. 674 ubi ἐπριάμην in medio versu et Pac. 1166 ubi sic ἐπρέπει)

Contra Nab. 23 ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν. οἵμοι τάλας

Pac. 1207 ἥν ἐπριάμην δραχμῶν ποδ' ἔξηκοντ' ἐγώ.

Sic Eqq. 224 δεδί ασιν αὐτὸν ὃ τε πένης βδύλλει λεως.

Contra Ves. 373 μηδὲν ω τὰν δέ διδι μηδέν. ως ἐγώ τοῦτον γ' ξὰν

Sic Avv. 915 οὐκ ἔτος ὀτρηρὸν καὶ τὸ ληδάριον ἔχεις

Lysistr. 138 οὐκ ἔτος αφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι

Plut. 404 οὐκ ἔτος ἄρ' ως ἔμ' ἡλιδεν οὐδεπωποτε

— 1166 οὐκ ἔτος ἀπαντεις οἱ δικάζοντες θαμά

Eccles. 245 οὐκ ἔτος ἄρ' ω μέλ' ἡσδα δεινὴ καὶ βοφή.

Contra Ach. 386

— οὐκ ἔτος χωλούς ποιεῖς

— 388

— οὐκ ἔτος πτωχούς ποιεῖς

Thesm. 921

— οὐκ ἔτος πάλαι.

Sic Avv. 1000 αὐτίκα γάρ ἀήρ — in medio versu fere αὐτίκα.

Sic Avv. 1029 ἀπίδι λαβών —

Contra Plut. 1080 νῦν δ' ἂπιδι χαίρων συλλαβὼν τὴν μείρανα.

Sic Thesm. 489 παρά τὸν Ἀγνιᾶ —

contra {Nub. 688} οὐκ ἔστι πάρα ταῦτ' ἄλλα.  
Pac. 110}

ἐχ ἀτρεμα· φερ' ίδω πότερα Λυδον ἡ Φρυγα  
γην ἀναμετρεισθαι· .. πότερα την υληρουχικην;  
Profuerit hoc ad emendandum versum Lysistr. 982, ubi lege  
σὺ δ' εἰ τι; πότερ' ἀνθρωπος ἡ Κορισαλος;  
Ravennas τις πότερον, unde Bekkerus τις; πότερ' eruit, non sine minuto  
quodam metri vitio. Denique Avv. 1026.  
ἀπιδι λαβών· ἔστι δ' ὁ μισθὸς οὐτοσὶ.  
malum ictu meliore: ἀπιδι λαβών ννν· ἔστι δ' ὁ μισθὸς οὐτοσὶ. vel simi-  
liter. Compara Lysistr. 768. μὴ στασιάσωμεν· ἔστι δ' ὁ χρησμὸς  
οὐτοσὶ. \*) Trimeter Comicus, in quo daetulus pro trochaeo positus in-  
tegram vocem complectatur, displicuit Bentlejo, Elmslejo, Hermanno,  
quem vide ad Nub. 74 ed. II. Minus recte. Haud displicuit enim Aristophani,  
quem satis crebro eo usum videmus. Veluti Plut. 942. καὶ ταῦτα  
πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα. Quodsi quis in hisce versibus

Sic	Thesmoph. 455	ἄγρια γὰρ ἡμᾶς —
contra	———	456 ἄτ' ἐν ἀγροῖσι —
Sic	Avv. 1512	ὑπὸ δυδι ταχὺ δὴ —
	Thesmoph. 214	ἀπὸ δυδι τοντὶ δοιμάτιον —
	———	731 ἀπὸ δυδι ταχέως —
contra	Ran. 640	χωρεῖς γὰρ εἰς τὸ δίλαιον. ἀποδύεσθε δή.
Sic	Thesmoph. 136	ποδαπός ὁ γύννις —
contra	Ach. 783	ἀνθρωπε πόδαπός;
Sic	Avv. 1389	ἄξια καὶ ib. 1385 ἀέροδονήτους
contra	———	1392 ἀπαντά γὰρ διειμί σοι τὸν ἄέρα.
Sic	Avv. 1348	τὸν πάτερα —
	———	1368 τὸν πάτερ' ξα εῆν —.
contra	———	1350 δις ἀν πεπλήγη τὸν πατέρα νεοττὸς ὁν
	———	1352 ἀγχειν ἐπιδυμῷ τὸν πατέρα καὶ πάντ' ἔχειν.
	———	1357 δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν
	———	1359 εἰπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.
	———	1364 τὸν μὲν πατέρα μὴ τύπτε —
Sic	———	1247 μέλαδρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος
contra	Thesmoph. 874	Πρωτέως τάδ' ἔστι μὲλαδρα. .. ποίου Πρωτέως;
Sic	Avv. 1223	ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες.
contra	Pac. 684	τὶ δαΐ; Κρατῖνος ὁ δοφός ἔστιν; .. ἀπέθανεν.
Sic	Avv. 1203	ὄνομα δέ σοι τὶ ἔστι; πλοίον η κυνῆ;
contra	v. 899	ἄγε δή, τὶ χρὴ δρᾶν; .. πρῶτον ὄνομα τῇ πόλει.
Sic	Avv. 1167	ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεται μοι φεύδεσιν.
Contra	in medio saepe	ἴσος ut ίσον ίσῳ φέρων vel ίσος ίσῳ κεκραμένος.
Itaque ictus	in prologo Orestis vv. 25. 27. (cf. vv. 2, 7, 47, 52, 54, 64.)	
	η πόσιν ἀπειρῷ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι	
	οὐ κάλον· ἐώ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν ποινῷ σκοπεῖν	
	quos jure notavit Hermannus, comici magis videntur, quam tragicci. Illud	
	igitur praeceptum etsi non ubique servatum est, digna tamen mihi res videtur, de	
	qua amplius quaeratur. Hoc totum enim profecto non fortunae debetur, sed consilio.	
*)	Verissima Hermanni sententia, Comicos Latinos dixisse scribendum appulit,	
	cōcede huc, sécede huc censentis, Terentii versus a Bentleji audacia vindicatur Eunuch. II, 2, 37. Rivalis servum. salva res est. nimirum homines frigent.	

*εἰ προσδοκῶσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων  
ἀφεκτέα τοῖνυν ἔστιν ἡμῖν τοῦ πέους.*

forte leget verbi causa *εἰ προσδοκῶσι χρυσόν* atque *ἀφεκτέον γάρ ἔστιν*, male is sustulerit anapaestum, pedem trimetri Comici paene proprium. Diu multumque dubitatum est post *Bentlejum*, satīn' recte in pede quarto eoque anapaesto ita fieri incisio posset, ut in priore syllaba brevi verbum concluderetur. Cf. *Ahlwardtum* in *Wolfii Analect. I*, 1, 255 sq. et *Hermannum* ibid. in Appendix et in Praefat. ad Epitom. p. X. sqq. Atque ego quidem sic sentio, omne crimen ab his versibus abesse primum, si singulæ anapaesti syllabæ sententiae vinculo copulatae sint, cujus generis locos *Hermannus* congessit, tum vero, si in septimo semipede interpunctio ad caesuram addita tam longo intervallo utramque partem dirimat, ut versus quasi a novo principio ordiatur:

*ἐπὶ τῶν κραδῶν ἄδονδιν· | Αδηναῖοι δ' ἀεὶ φαίνω πολέμια ταῦτα· | .. τί δαὶ κακὸν παθῶν καὶ σέ γε φανῶ πρὸς τοῖσδε | .. τί ἀδικημένος; τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα. | .. ποίαν αὐλητρίδα*

Avv. 40. Ach. 912. 914. Vesp. 1569. Adde Thesmoph. 176. Avv. 1495. Thesmoph. 193. Pac. 187, alioquin vero hos trimetros vel minus probari, vel penitus repudiatos esse. Recte autem *Hermannus* id non quarti pedis peculiare, sed reliquorum quoque commune sibi videri professus est. Ita anapaesti etiam in secundo tertioque pede arctius conjungi debent

*Τί δ' ἔστιν; .. ἐγὼ μὲν | δεῦρο σοι σπονδὰς φέρων κούκι ἔστιν ἔτ' ἐλπὶς | οὐδεμία σωτηρίας ιδού· τί φησιν ὁ χρησμός· | .. ἐτέραν ἔγχεον.*

Ach. 178. Thesm. 946. Eqq. 121. Quum trimeter Comicorum vitam ac familiaris sermonis negligentiam imitari debeat, nemo jure mirabitur, quod aliquando vel Aristophani versus parum numerosus excidit. Id accidisse puto Thesmoph. 219.

*χρῆσόν τι νῦν ἡμῖν ξύρον. | ΑΓΑ. αὐτὸς λάμβανε.*

Nemo enim primum non opinabitur, ante novam personam in fine quarti pedis, quippe jambi, sibi subsistendum esse, sed protenus animadvertiset se egregie deceptum. Subdifficile est ad statuendum, possitne in his versibus tribracho vel dactylo statim succedere anapaestus: quae quidem quaestio, quum olim a *Dawesio* moveri coepit, acriter inter V. D. etiamnum agitatur. Ego vero plerosque sequutus nego, quod scribarum fuerit negligentiae, id Comicorum vel consilio vel inertiae attribuendum esse. Atque hoc loco adscribam emendationem quandam meam, non minus certe probabilem iis, quae adhuc inventae sunt, versus Ach. 698.

*ἀκούετον δή, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.*

Repono: *ἀκούετ' ὦν, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.*

Nam Codicum lectio *ἀκούετον δή* ne ad sententiam quidem ferri potest. Est enim „*so höret denn*“ ut Plut. 76. 975. Aesch. Prometh. 630. Quasi

vero Megarensis filibus aliquid narraturus sit. Attamen idem pedes istos infames a *Reisigio* atque *Hermanno* recte defensos esse arbitror Ach. 47. Eccles. 30.

*ἀλλ’ ἀδάνατος | δὲ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν  
καὶ Σοῦμάτιον, | ὅτε δὴ ἐκεῖνο ψηλαφῶν.*  
quod et dipodiae et interductus et caesurae intervallo sejuncti sunt, eo tum tolerabiliores. Quis enim aut ὅτε δὲ substitut, aut eo progrediatur audaciae, ut *ἀδάνατος* prima correpta ab Aristophane dictum contendat? Nunc experiatur mihi aliquis ingenium: ita videbit, hos locos depravari facile posse, emendari atque corrigi non posse. Verum et de hac ratione et de procelesmatico jambi sedem occupante et de caesuris trimetri, postremo de virtutibus ejus ac vitiis alio loco, ut spero, dicere continget: nunc enim novum quiddam his subjiciam, si non maximi momenti, at non inutile tamen ad cognoscendum. Pervulgata est opinio, quam etiam *Hermannus Element.* p. 82. suscepit, caesuram in trochaeis tetrametris a Comicis saepissime neglectam esse. At mihi longe secus videtur. Invenio enim, illam tam diligenter servatam, ut admodum raro propter verba quaedam longiuscula omitteretur, quae quum aegre vitarentur, tum nisi cum caesurae detimento versum ingredi vix possent. At nimirum non simplex fuit caesura Comicorum, sed tres formas complexa est, unam notissimam et tragicis poëtis communem, in fine dipodiae secundae:

*γηροβοσπούμεσθ' ὑψ' ὑμῶν, | ἀλλὰ δεινὰ πάσχομεν  
secundam, jam a *Reisigio* Conj. p. 127 perspectam, sed monstratam magis,  
quam stabilitam, una syllaba ante, post alteram arsin dipodiae secundae:  
οὐτοσὶ δὲ πηνέλοιφ, | ἐκείνοσι δέ γ' ἀλκυών.*  
Et haec quidem tam crebro usu venit, ut ne vulgaris quidem caesurae multo plura exempla reperias, veluti Lysistr. 632. Avv. 291. 298. 307. 353. 372. 383. 785. 791. 794. 1072. 1079. 1080. 1110. 1117. Nub. 580. Eqq. 1308. Pac. 500. 558. 561. 632. 650. 733. 1140. 1146. 1154. 1155. 1173. 1178. 1187. Ach. 255. 259. 286. 355. Vesp. 409. 416. 427. 432. 445. 459. 461. 502. 519. 520. Nonnunquam ambiguum videri potest, utrum hac caesura, an illa, de qua statim dicetur, versus distinctus sit, ut Eqq. 1507, Nub. 591. Pac. 346. Ran. 1108. Vesp. 403. 484. 504: sed in his locis fere prior probanda est propter interpunctionem. Restat ultima caesura, quae una syllaba vulgarem sequitur, post primam arsin dipodiae tertiae:

*τῶν τεθηκότων ἀποκτείνη, | τάλαντον λαμβάνειν.  
Avv. 279. 354. 373. 1075. Eqq. 282. Nub. 607. Vesp. 368. 478. 512.  
Ach. 282. Pac. 628. Hae tres caesurae vehementer adjuvantur versus si-  
millimo Lysistr. 1014—1053. et Cratet. Samiis ap. Athen. III, 117, 6. ubi  
quum ne semel quidem caesura desit, tamen triplicem subiit formam, plane  
ut in trochaeo tetrametro, tum  
οὐδὲ πῦρ, οὐδὲ ὄδος ἀναιδῆς | οὐδεμία πόρδαλις  
τούτη σκυτίνη ποτ' εἰν χύτρῃ | τάριχος ἐλεφάντινον*

B

denique etiam sic: *άλλα τὴν ἔξωμον ἐνδύσω | σε προσιοῦσ' ἔγω.*  
 Ac nescio, an Comicorum ars, qui caesuram in hoc versu triplicem esse voluerunt, impensius collaudanda sit severitate Tragicorum, qui quoniam vulgarem caesuram constanter sequuti sunt, numerorum gravitati illi quidem bene consuluerunt, sed varietatem, haud minimam partem elegantiae, eadem opera funditus sustulerunt. Veteres metri quid de caesura hujus versus senserint, eluet ex Aristide Quintiliano p. 54. *χαριεστέρα δ' αὐτοῦ τομὴ εἰς τρεῖς τροχαίους, ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὰς ἄλλας.* Diomede p. 504 in triplicem autem feritur dipodium. Scholiasta Hephaest. p. 174 *"Εστι δὲ τὸ τροχαϊκὸν ὀδσαύτως κατά τε τὰς τῶν ποδῶν παραυξήσεις καὶ τὰς τομὰς καὶ ἐτὶ τὰς ἀποδέσεις βαίνεται δὲ παραπλησίως ἐκείνοις κατὰ διποδίαν.* Hoc volunt homines praeposteri, in primis probari atque numerosum existimari eum tetrametrum, cuius singulae dipodiae (tres autem habet integras) cum verbi fine terminentur, in hunc modum

<i>οἱ γέροντες</i>	<i>οἱ παλαιοὶ</i>	<i>μεμφόμεσθα</i>	<i>τῇ πόλει</i>
--------------------	-------------------	-------------------	-----------------

Ceterum falsam esse summoque arbitrio constitutam hanc doctrinam apparret. Apud Aristophanem quidem et in tragicis paucissimos invenies tetrametros, qui hoc pacto incidi possint, ne unum quidem, qui debeat. Illud tamen ut verum, ita haud leve est, quod jam illi magistri plures noverunt caesuras. Accedimus jam ad jambum tetrametrum, sed similia fere de hoc quoquic versu dici possunt. Vulgo enim Comici hic rursum creduntur caesuras saepe adspennati esse. At quum omnino caesura in paucis quibusdam versibus nulla animadverti possit, tum horum ipsorum pars, minime dubium est, quin mendo affecta sit: quo in genere alieno exemplo uti malumus, quam domestiço. Eqq. 847.

*ἄλλ' ἐστὶ τοῦτ', ω Δῆμε, μηχάνημ' οὐ ν τὸν βούλη.*

Praeclare vero correxit *Reisigius*, meliore etiam collocatione verborum: *ἄλλ' ἐστὶ τοῦτο μηχάνημ', ω Δῆμ', οὐ ν τὸν βούλη.* Scilicet hic etiam versus triplicem apud Comicos habet caesuram, primam notam omnibus, post dipodium secundam

*καὶ μὴν ἔγωγ' ἐπνιγόμην | τὰ σπλάγχνα, καπεθύμονν* secundam, quam eximie investigavit *Reisigius* Conj. p. 118, ithyphallicam, una syllaba post primam, in anacrusi quinti jambici pedis

*μάτ' ἀπολιποῦσά γ' αὐτὸν φέρετ'· | οὐ γὰρ ην υβριστής.*

De cuius caesurae veritate neminem spero dubitaturum esse, qui vel multitudinem hujusmodi versuum viderit (bona pars eorum a *Reisigio* allata est), vel illud cogitaverit, plurimorum versuum, qui asynarteti vocantur, posteriorem partem versu confici ithyphallico (*Hermannum* adi. Element.

p. 590 sqq.), vel denique excutere voluerit versum prope geminum Eqq. 834. 835. Vesp. 248—272.

*Σηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας· | εἰ γὰρ ὡδὸς ἐποίσεις.*

Altera caesura est v. 265

*ὑδωρ γενέσθαι, κάπιπνεῦσαι | Βόρειον αὐτοῖς,*

semel tantum deest caesura in tot versibus v. 252. Tertia denique jambi caesura una syllaba vulgarem antecedit et ante ultimam syllabam dipodiae secundae locum habet

*μιλαὶ πυρὸν τήσαντες | ἐμπρῆσωμεν αὐτόχειρες*

Nub. 1555. 1425. Lysistr. 969. Ran. 919. 921. 931. Eqq. 553. Utramque caesuram posteriorem versibus posuit continuis Thesmoph. 565. 66.

*οὐδὲ ὡς σὺ τῆς δούλης τεκούσης | ἀρρέν, εἴτα σαντῆ*

*τοῦδε ὑπεβάλου, τὸ δὸν δὲ | Δυγάτριον παρῆκας αὐτῇ.*

Eligendi optio data est inter secundam tertiamque caesuram Nub. 1533. 1565. Enimvero jam Hephaestio pulchre intellexerat, caesuram saepissime in syllabam proxime vel antegressam vel subsequentem transilire: quae gravissima ratio, hodie, nisi fallor, ignota, certe perperam contemta in re metrica saepe sumnum facit momentum. Sic igitur ille p. 95 de versibus asynartetis his:

*ἔστι μοι καλὰ πάις, | χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν*

*ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν, | Κλεῖς ἀγαπατά,*

*ἀντὶ τᾶς ἐγὼ οὐδὲ λυδίαν | πᾶσαν οὐδὲ ἐραννάν*

commentatur: τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον δῆλόν ἔστιν ἀπὸ τῆς τομῆς, ὅτι οὗτοι σύγκειται, ὡς προείρηται — τὸ δὲ πρῶτον, διὰ τὸ πρὸ συλλαβῆς ἔχειν τὴν τομήν, ἔγενετο προκαταληκτικόν — τὸ δὲ τρίτον ἐξ ὑπέρκαταλήκτον — καὶ βραχυκαταλήκτον —. Ita Romanī poëtae in jambō tetrametro acatalecto caesuram modo post pedem quartum posuerunt

petō, priusquam oppetám malam | pestém, datam hostilí manu  
modo in medio pede quinto

seu sanguis ullo pótis est pacto | prōfluens consistere.

Ita anapaesti dimetri non tantum post primam dipodium faciunt caesuram

*δρυόχους τιθένται, | δράματος ἀρχάς*

sed etiam in prima syllaba dipodiae secundae

*πτερύγων ἐρετμοῖσιν | ἐρεσσόμενοι.*

quae ratio bis terte etiam in anapaestum tetrametrum translata est, ut pro hac forma

*πῶς δ' ὑγλειαν δώσονθ' αὐτοῖς, | οὐδαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν*  
poneretur haec:

*τῶν ἀργυρίων· οὐτοι γὰρ ἴσασι· | λέγονται δέ τοι τάδε πάντες.*

*καν μη τούτοις ἀναπειδώμεθα, | τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει.*

Avv. 600. Vesp. 568. Similiter variat caesura in multis versibus asynartetis. Sed haec omnia nunc persequi longum est.

**LECTIONES  
PROFESSORUM PUBLICORUM.**

**D. GUSTAVUS FRIDERICUS WIGGERS** *privatim* h. VIII—IX. *theologiam dogmaticam* docebit et h. IX—X. *historiae ecclesiasticae partem primam* enarrabit. *Publice in Seminarii sodalitio homileticen* praecepit, et *sodalium homileticas et catecheticas exercitationes*, more consueto, moderabitur.

**D. ANTONIUS THEODORUS HARTMANN** *privatim* VIII—IX. *doctrinam morum theologicō-biblicā tradet*; IX—X. *Dogmaticam biblicam* docebit: *publice binis per hebdom. horis nonnullos prophetas minores explicabit*.

**IO. PHIL. BAUERMEISTER**, Dr., 1) hor. X—XI. *epistolas ad Ephes., Philip., Colos., Tim. et Philemonem cum scriptis Jacobi, Petri et Judae interpretabitur*; 2) hor. XI—XII. *isagogen historicam et criticam in omnes Vet. et Nov. Test. libros tradet*.

**D. CAROLUS FRIDERICUS AUGUSTUS FRITZSCHE** I. *privatim* senis dd. h. X. *libros ab Johanne confessos et Apostolorum Acta interpretabitur*: II. *privatim* quaternis dd. h. VIII. *Theologiam moralem* docebit: III. *privatim* quaternis dd. tempore constituendo *Theologiam symbolicam* tradet: IV. *publice tempore constituendo* plus quam semel de Pietismo, qualis hac tempestate mire se jactavit, ita disseret, ut tum justam et aequam tum fortē et liberam ejus censuram agat.

**IN FACULTATE IURIDICA.**

**D. FERD. KAEMMERER** docebit *Pandectas*, excluso jure hereditario, duce *Heise*, hor. X et XI.

**D. CONRADUS THEODORUS GRUENDLER** tradet *processum judiciarium civilem*, duce *Linde*, hor. IX, et *jus canonicum*, duce *Wiese*, ed. *Kraut*, hor. III.

**D. AUGUSTUS LUDOVICUS DIEMER** *publice* binis diebus hora deinde indicanda narrabit *historiam populi et imperii Germanici recentiorem*, a Carolo V. ad nostra tempora: *privatim* docebit *jus Germanicum privatum*, duce *Runde*, hor. X. et *jus feudale*, duce *Paelz*, hor. III.

D. FRIDERICUS RASPE 1) docebit *jus criminale*, duce *Martin*, hor. XI.; 2) prouti audituris placuerit aut tradet *jus publicum Megapolitanum*, ex libro *Hagemeisteri*, aut exponet *principia juris publici universalis*, duce *Schmid*, hor. X.; 3) *Scholas relatorias* easque privatissimas cupientibus offert.

D. CHRISTIANUS FRIDERICUS ELVERS tradet 1) *Institutiones juris civilis*, hor. IX.; 2) *historiam juris Romani*, hor. II.; 3) *Encyclopaediam juris*, hor. III.

## IN FACULTATE MEDICA.

D. SAMUEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O., semestri instanti hiberno plura selecta capita e vasto artis medicae campo, ut artem sphygmicam, doctrinam de asphyxiis, conspectum toxicologiae, systematum medicinae recentiorum historiam etc. audituris explicare sibi proposuit, nec non Encyclopaediam medicam iisdem tradendam offert.

D. JO. GUILIELMUS JOSEPHI, Med. Prof. P. O., per instans semestre hibernum docebit 1) hor. XI—XII. *Chirurgiae primam partem*; 2) hor. III—IV. *Artis obstetriciae primam partem*.

D. HENRICUS SPITTA 1) *Physiologiam* tradet quaternis hebdomadis diebus; et 2) *Exercitationes clinicas* moderari perget quotidie.

D. CAROLUS STREMPPEL 1) hor. VIII. materiam medicam et 2) hor. IV. Pathologiam et Therapiam generalem docebit. 2) Exercitationes practicas medico-chirurgicas in Clinico quotidie hor. XI. more consueto moderari perget.

C. FR. QUITTENBAUM, D. Med. et Chir., P. P. O., per instans semestre hibernum hora II—III. in Demonstrationibus anatomicis Splanchnologiam, Angiologiam et Neurologiam docebit; horis X—XII. in secundis cadaveribus auditores erudit. Horis IV—V. alteram Chirurgiae manualis partem tradet. Privatissime Repetitorium et Examinatorium anatomicum et chirurgicum cupientibus offert.

## IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

P. J. HECKER, Mathes. P. P. O., Academiae Senior etc., hebetata oculorum acie ostendit se impeditum esse, quominus sequenti hieme scholas aperiret.

GERARDUS PHIL. HENR. NORRMANN, historicar. atque politicar. doctrinar. P. P. O., privatim exponet 1) *historiam Germaniae pragmaticam*, praeeunte a Lindelof; 2) *praecipuorum Europae regnum statum hodiernum*.

*scribit* J. S. BECK, P. P. O., docebit I. Philosophiam criticam h. IV—V. et quater per hebd. II. doctrinam sectionum conicarum h. V—VI., binis diebus.

M. JO. FRID. PRIES *privatim* h. VIII. *Philosophiae historiam* enarrabit; h. II. *Encyclopaediam philosophiae* tradet.

HENR. GUSTAV. FLOERKE, historiae naturae et artis herbar. P. P. O., publice diebus Lun., Mart., Jov. et Veneris, h. II. *Geographiam physicalem* e schedulis suis tradet.

G. MAEHL Chemiam experimentalem et Pharmaciam proponet.

ERN. AUG. PHIL. MAHN *publice* elementa linguae Arabicae docebit; *privatim* 1) grammaticam Ebraicam explicabit h. XI. 2) Jobum interpretabitur h. II. 3) Vaticinia de Messia in V. T. illustrabit h. III.; *privatissime* encyclopaediam et methodologiam studii theologici tradet h. c.

D. IO. RUDOLPH. SCHROETER, P. P. O., propter valetudinem, qua premitur incommoda, lectiones semestri hiberno non habebit.

FRANCISCUS VOLCMARUS FRITZSCHE *Privatim* I. Quaternis diebus h. XI. Antiquitates Romanas illustrabit. II. Binis diebus h. XI. Vespas Aristophanis interpretabitur. Praeterea Seminarii Philologici exercitationes moderari perget.

E. D. H. BECKER, Oec. P. P. O., 1) *publice*, agros metiendi partiendique doctrinam tradet, d. Mart. et Ven. h. XI—XII.; 2) *privatim*, agriculturam duce Burger (*Lehrbuch der Landwirtschaft*, 3te Aufl. Wien 1830) quinques per hebdumatrem, hora VIII—IX., docebit.

D. CAROLUS TÜRK tradet 1) *historiam populi Germanici*; 2) *historiam juris Germanici privati*; 3) *encyclopaediam et methodologiam juris*; 4) *scholas examinatorias* habebit.

D. FRIDERICUS FRANCKE, philosophiae P. P. E., 1. *Publice* disseret a) de notione et complexione vocis „*sensus*“ (Gefühl) in philosophia, quoad verum, bonum et pulcrum, binis per hebdumatrem diebus; b) de *philosophiae universae encyclopaedia et methodologia*, quaternis p. h. dd. 2. *Privatim* docebit a) *Logicam et dialecticam*, quinis p. h. dd. b) *Jus naturae*, sive philosophiam de natura ac fine civitatis, quinis p. h. dd.

D. GEORGIUS NICOLAUS BUSCH *privatim* I. dieb. Lun. et Mart. h. IV. Taciti Agricolam interpretabitur, II. dieb. Jov. et Vener. h. IV. de particulis Graecis disseret; denique exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.

**MALECTIONES II**  
**DOCTORUM PRIVATORUM.**  
—  
**LURIDAE.**

D. BERG docebit: 1) *practicum processuale* nec non *artem referendi et defendendi*, 2) *juris praxin*; 3) *juris prudentiam cautelarem*.

D. THEOPHILUS HENRICUS FRIDERICUS GAEDCKE  
privatum I. processum judicarium civilem horis constituendis duce  
Martino docebit; II. hora commoda scholam suam civilem eamque  
practicam more consueto moderabitur. **Privatissime** repetitoria et  
examinatoria commilitonibus offert.

D. CAROLUS GUILIELMUS CONRADUS DAEHNE  
horis commodis *privatum* tradet: 1) *jus hereditarium Romanum*, duce *Thibaut*; 2) *theoriam processus civilis communis*, ducibus *Martin* (Lehrbuch etc. ed. XI.) et *Bayer* (Vorträge über den gemeinen ordentlichen Civilprozeß mit Beziehung auf Martin's Lehrbuch. ed. 2. München 1830.)

MEDICAL

**GEORGIUS FRIDERICUS MOST**, Dr. Med. et Philos.,  
docebit: *gratis* 1) *Medicinum populare*, 2) *privatum Materiam medicam*, duce *Sundelin*, 3) *Medicinam forensem*, duce *Hencke*.

C. KRAUEL, Dr. med., per instans semestre hibernum docebit:  
1) gratis, doctrinam de fracturis et luxationibus; 2) privatum, artem  
fascias applicandi.

IO. FRID. GUIL. LESENBERG, Dr. med. et chirurg.,  
per instans semestre hibernum hasce lectiones offert: I. Encyclopaediam  
et methodologiam artis medicae, II. artem obstetriciam, III. examinatoria  
et repetitoria variarum artis medicae partium.

Dr. CAROLUS HANMANN. 1, gratis doctrinam de morbis aurium et cognoscendis et curandis, 2. *privatim* chirurgiae partem alteram duce Chelio (Hdb. d. Chirurg., Heidelb. u. Lpzg., 1829) decem horis per hebdomadem docebit, eique 3. cursum operationum chirurgicarum in cadaveribus, ac repetitorium chirurgicum et examinatorium *privatissime* adjunget. Neque iis deerit, qui *privatissime* operationibus ophthalmiatricis operam navare voluerint.

## PHILOSOPHICAE.

A. C. SIEMSSEN Physiographiam Mammatum, ad systema Illigeri, et Krystallographiam applicatam, Naumanno duce, proponet.

CAROLUS WEINHOLTZ, Dr., *privatim* I. Logicam docebit; II. Historiam philosophiae Graecorum antiquorum enarrabit. *Privatissime* vero Aristotelis Ethicen ad Nicomachum explicabit.

C. F. A. THEOD. KASTNER, Dr., I. *gratis* de *vera Matheseos indole* ejusque in *Chemia* aliisque „naturalis scientiae“ disciplinis *usu* disseret; II. *privatim* docebit: 1) *Physicam dogmaticam*, 2) *Chemiam theoreticam*; III. *privatissime* praelectiones offert: 1) de *Chemia analyticâ*, 2) de *Meteorologia*.

H. KARSTEN, Dr., hasce offert lectiones: 1) *gratis* Astronomiam popularem bis p. h.; 2) *privatim* Geometriam analyticam quater p. h.; 3) Mineralogiam sexies p. h. Privatissima denique proponit collegia in quavis matheseos et physices parte, neque deerit iis, qui in rebus nauticis edoceri velint.

P. STROEMER, Dr., lectiones posuit: I. *gratuito* habendam Geodesian: privatas II. Mathesin puram: III. Analysis finitorum, duce Thibaut, adspersis geometriae analytice iniciis.

EDUARDUS SCHMIDT, Dr., Commilitonibus humanissimis has lectiones offert: 1) *logicen* docebit, quater per hebd., horis adhuc definiendis, *gratis*; 2) historiam philosophiae recentioris inde a Baconem et Cartesio enarrabit, quater per hebd., horis adhuc definiendis, *gratis*.

*Bibliotheca et Museum* quovis Mercurii et Saturni die aperiuntur. *Gallicam*, *Anglicam*, aliasque linguas exoticas discendi occasio non deficit. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem *equitandi*, *pingendi* et *musicam* doceant.

*Domicilia commoda* quaerentibus monstrabit J. H. Schulze, Academias nuncius juratus.

**Summo** academiae magistratu **hoc tempore** **fungitur**  
**H. Spitta**, Dr. Med.

Praesidet ordini Theologorum **C. F. A. Fritzsche**, AA. M., et Dr. Th. — Jurisconsultorum **A. L. Diemer**, AA. M., et J. U. D. — Medicorum **S. G. Vogel**, Dr. Med. — Philosophorum **H. G. Floerke**, Dr. Ph.